





ΠΑΔΑΙΟΛΟΓΙΑΣ THERAPIAE

S P E C I M E N VIII.

D E

TEMPORIBVS FEBRIVM PROPRIIS

Q V O

GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE

I N D V L T V

PANEGYRIN MEDICAM

LIPSIAE D. XIII. DECEMBERIS MDCCXLVIII.

I N D I C I T

D. IOANNES ERNESTVS  
HEBENSTREIT

THERAPIAE P. P. ORDINARIUS, FACVLTATIS MEDICAE DECANVS,  
ACADEMIAE DECEMVIR, COLLEGII MAIORIS PRINCIPVM  
COLLEGIATVS, LIPSIENSIVM POLIATER.

8

ЗАЧАЛЫТ ЗАЛОДАДИ  
СИНИ И ЭМІСАРІ  
ГРАЗІАЛ ГОДАТИС МІДІА  
МАДІГЯН МЕДІА  
Д. ІОАННЕС ЕРНЕСТА  
ХЕБЕНСТЯЕІ



**S**i vllibi, sane in doctrina de Febris, non reticendae sunt laudes, quas priscae medicinae statores <sup>a)</sup> iure postulant, quorum, circa rationes temporum et mutationum, quibus isti morbi addicti sunt, curiosissimas, et acri iudicio institutas obseruationes, nemo recentium est, si sapit, quin magno in honore habendas existimet. Tametsi autem, quod communia morborum tempora attinet, nihil adsit, quod ad febres similiter haud referatur, cum et illae, cuiuscunque durationis fuerint, per suas aetates ferantur, vt, ex quo inuaserunt, aucto calore vitali <sup>b)</sup> crescant, subsistant, et si superari se causa morbi passa

2) Οὐ δὴ διὰ τόπον δῆ τὸν τέχνην ὡς ἐκ  
ἔχσαν ἐδὲ καλῶς γιγτεμένην τὸν ἀρχαίνην  
ἀποβιλέσθαι, εἰ μὴ ἔχει περὶ πάντας ἀκρι-  
βίν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, διὸ τὸ ἐγγὺς ἔναιι  
τὸ ἀτρεκεσάτη, σιμᾶς δύνασθαι ἥκεν λογισ-  
μῷ ἐν πολλῇς ἀγνωσίῃς, θαυμάζειν τὰ ἐξευ-  
ρημένα, ὃς καλῶς οὐχὶ ὄρθως ἐξέυρητο οὐχὶ ἐκ  
ἀπὸ τύχης. HIPP. de prifica medicina.

b) Ἡ τὸ πυρετὸ γένεσις ἐκτροπὴ τῆς  
ἐμφύτε Θερμασίας ἐπὶ τὸ πυρῶδες. GAL.  
Comm. I. in HIPP. de morb. acutis.

Non propterea oportet artem pri-  
scam, tanquam quae nuspia[m] fuerit,  
nec bene inuenta, contemtui habere,  
quandoquidem non circa omnia ac-  
curationem habet, sed potius pro-  
pterea, quod prope sit, ad exquisitis-  
simum, quodque simul peruenire ad  
rationem potuerit in tanta ignoran-  
tia, admirari inuenta, vt pote quae  
bene et recte, nec casu inuenta sint.

Febris generatio conuersio innati  
calidi ad igneum.

4 DE TEMPORIBVS FEBRIVM PROPRIIS.

est, decrescant; <sup>c)</sup> Est tamen in febrium cursu singularis quaedam mensura momentorum, quae durationem earum conficiunt, non tantum propterea, quod *communia* ista tempora illis sint, quam in reliquis aegritudinibus esse solent, luctuosiora et in ancipi magis posita, sed ideo etiam, quod *propria* quaedam habeant, <sup>d)</sup> paroxysmos puta, quorum, ut in variis febribus aliter sese aliterque gerunt, morae, interualla, symptoma, effectus, mutationes subitaneae, hinc, quae pro hisce differentiis discrepat, et prudenter arripi debet, ut pote celeriter euanscens, curandi opportunitas, <sup>e)</sup> tale quid, sua natura habent, quod a reliquis morborum negotiis toto genere discrepat; Quapropter opus etiam esse videbatur, quo de Temporibus Febrium propriis, seorsim quaedam exponerem. Qui Febrem pulsus cordis et arteriarum auctum esse afferunt, nihil equidem noui afferunt, quod non scriptum sit prius. <sup>f)</sup> Nullo certe signo febrem adesse clarius intelligas, quam illo, quod a pulsus mutatione desumitur, cuius aucta celeritas inuasionis momentum clare designat, quod bene nosse, plurimum refert: quamuis enim nec alia defint, quae primordium morbi indicere valeant, argumenta, horror scilicet, hinc aestus, cum nulla facile febris sit, nec continens quidem ipsa, quin a leui horrore,

<sup>c)</sup> Τῶν πυρετῶν τέσσαρες ἡσίν καιροί, οὓς χρόνις προσαγορεύομεν, ἀσθολή, αὔξησις, ἀπώλη, παραπλή. Autor definitionum

GALENI.

<sup>d)</sup> οἱ ἐν μέρῃ καιροὶ τῆς νόσου. GAL. de tempor. in morbis.

<sup>e)</sup> Χρόνος ἔτιν ἐν ᾧ καιρὸς καὶ καιρὸς ἐν ᾧ χρόνος ἐπολύς. HIPP. Praecept.

<sup>f)</sup> Πυρετὸς ἔτι πλεονασμὸς θερμασίας νοσώδεις ἀναφερομένης μετὰ παραλλογῆς σφυγμῶν ἐπὶ τὸ πυκνότερον καὶ σφοδρότερον. Autor defin. med. GALENI.

Febrium quatuor tempora, inuasionis, augmentum, status, decrementum.

Tempora singulare morbi.

Tempus est, in quo opportunitas, et opportunitas, in qua non multum temporis.

Febris est abundantia caloris morbos, auctioris, cum conuersione pulsuum in frequentius et vehementius.

rore, initium capiat; <sup>g)</sup> nihil tamen ad primam morbi huius aetatem designandam pulsus exploratione, vtpote qui, inhorrescente aegroto, nil minus celer est, habetur efficacius. Verum non ita est cum reliquis febribus temporibus, quae communia vocantur, nam certis omnino signis illa haud constant, cum incrementi status ac decrementi, veluti febres vel duratione <sup>h)</sup> vel Typo <sup>i)</sup> ac periodo <sup>k)</sup> discrepant, singulares omnino sint rationes, ad vnam legem vix reuocandae. Interea tamen omnibus febribus quaedam communia esse puto signa, quae certiores medentes reddere poterunt, in qua aetate illae, nec intermittentibus quidem exceptis, versentur. In augmento Febres nondum esse tunc intelligas, si illae sibi sint similes, excretis, maxime vrina, nondum mutatis. <sup>l)</sup> Verum vbi vis vitae colluctari cum causa febrili incipit, et contentiose agere, augmentum tunc est in omnibus; <sup>m)</sup> quo in nego-

A 3 tio

g) Μετὰ βραχέως ἀρξεται δίγνος ἐκ ἀμ-  
Φυμερινὸς μόνου ἄλλα καὶ ἡμιτριτάσις, καὶ  
ἄλλοι τινὲς τῶν συνεχῶν τὰς ἄλλα γνωρίσματα  
τότε τῆς θερμικασίας ἔτι ποιὸν καὶ πόσον  
καὶ ἢ τῶν ἀρτηριῶν κίνησις. GALEN. de  
differentiis Febr.

h) Πυρετὸς ἔτι χρόνιος καὶ δέξις: GAL.  
ad Glaucon. Therap. Libro.

i) Τύπος ἔτι χρόνος πάθεις φησι καὶ παρο-  
ξυσμοὶ καὶ διάλειμμα τεταγμένον συμβαίνει.  
Autor defin. GALEN.

k) Πυρετὸς ὡκεῖον διάλειμμα: Διαλέ-  
πούτες πυρετοί. GALEN. method. med.  
Liber. II.

l) Μενόντων ὁμοίως τῇ τε πυρετῷ καὶ  
τῶν θρων, ὅπω τῆς ἀναβάσεως ἢ νῦσος ὑπήρ-  
ξετο. GALENVS de Crisiis Libr. I.

m) Ἡ ἀρκὴ τῇ κριτικῇ παροξυσμοῖς:  
Ἡ ἀρκὴ τῇ κριτικῇ κινήματος. GALEN.  
de diebus Criticis Libr. I.

Σάλος ὁ προηγύμενος τῆς λύσεως. GAL. ib.

Cum breui inuadunt horrore non  
quotidiana tantum sed et hemi-  
tritaea, et aliae quaedam continen-  
tium: Alia (Februm) signa sunt, ca-  
loris quantum et quale et arteriarum  
motus.

Febris est vel tarda vel acuta.

Typus est tempus morbi cui et  
paroxysmus et remissio accidit.

Febris haud habens intermissio-  
nem: Intermittentes Febres.

Iisdem manentibus febre et vri-  
nis, nondum adscensum morbus ex-  
orsus est.

Principium exacerbationis criticae.  
Principium critici motus.

Tumultus praecedens solutionem.

tio, cum aequa vi penes omnes, ob virium diuersitatem, natura haud progrediatur, aequales etiam temporum morae, quae interea, dum *status* ingruit, absoluuntur, definiri nequeunt.<sup>n)</sup> Ad sumnum iuiss<sup>e</sup> febrem, superatos esse scopulos, et victri-  
cem exiuiss<sup>e</sup> hoc certamine naturam, docent, symptomatum,  
quae durante incremento circa tempora critica<sup>o)</sup> acerbiora erant,<sup>p)</sup> remissior status, hinc humorum purgandorum li-  
bera fluxio, quam coctionem appellant.<sup>q)</sup> Abhinc, quod in  
febre reliquum est, mitioribus motibus, durante decremento,  
perficitur, ut sensim illa soluatur<sup>r)</sup> in qua successione non  
tam ad temporum absoluto<sup>s)</sup> numeros, quam ad vires aegroti  
respiciendum est.

Non autem tantum illa tempora, quae omnium morbo-  
rum sunt, transigit, sed etiam aliquam propriam, sibiique vnicē  
relictam temporis rationem Febris habet, quod παροξυντι-  
κὸν<sup>s)</sup> appellatur. Quamuis enim alii etiam morbi exacer-  
bentur

**n)** Διεγνῶναι, πότερον ἀρρώστος οὐ εύρωσος  
ἢ δύναμις τῆς κάμποντος, ἐν πόσαις τε  
ἡμέρῶν οὐ πέψις ἔσται τῆς νοσήματος.

**GALEN.** In HIPP. de diaeta acut. Li-  
brum. Comm. 2.

**o)** τὰ συμπτώματα μοχθηρὰ μέζονα  
δύναμιν ἔχει ἐν κρίσιμοις ἡμέραις Φυπόμενα.  
**GALENVS** Comment. 4. in HIPP.  
Liber. de diaeta acutorum.

**p)** Νέσσες ἀταραξίη μῆκος συμβαίνει νέσσες.  
**HIPPOCR.** Praecept.

**q)** Ἀκμῆς καὶ πέψεως γνωρίσματα δί'  
ὔρων, οὐ πτυσμάτων οὐ ἀποσημάτων. **GAL.**  
ad Glaucon. Therap. Libro.

Ἀκριβής δὲ πέψις ἐν ταῖς ἀκμαῖς γίνεται.  
**GALENVS** περὶ κρίσεων γ.

**r)** κρίσις δὲ ἀπόλυτης τῆς νέσσες. **HIPP.**  
Praecept.

**s)** παροξυντικὸς κακός. **GAL.** Me-  
thod. Med.

Cognoscendum ex eo, vtrum de-  
bilis vel fortis vis vitae penes ae-  
grotum fuerit, intra quot dies futu-  
ra sit morbi coctio.

Symptomata laboriosa maiorem  
vim exercent, in diebus criticis  
comparentia.

Morbi perseverantia in symptomata-  
tibus, summum significat morbi.

Summi status et coctionis signa ex-  
vrinis, sputo, et iis quae abscedunt.

Exquisita coctio in summis morbo-  
rum statibus fit.

Crisis autem solutio morbi.

Tempus exacerbationis.

bentur, ut a statu dolorum aliarumque sensionum tristium acri ac luctuoso, ad tranquillitatis aliquam fruitionem delabantur, iterumque per vices affligantur aegroti; <sup>t)</sup> attamen, cum ad paroxysmi indolem, praeter sensum mali reuertentem, ordo requiratur, quilibet intelligit, qui fiat, quod τὸ παροξύνεσθαι καὶ τυπτόσθαι ad tempora Februm propria referatur. Est enim in isto cordis motu se sensim augente, iterumque remittente, non tantum ad dies et horas determinata conditio, sed etiam illud tempus, quod paroxysmum describit, in sua subdivisa tempora denuo abit, <sup>u)</sup> in quibus singulis, variis moliminiibus, natura causam morbificam excutere, et versus organa, criseos causa, dirigere allaborat: Duplici autem sensu febres exacerbari dicuntur, aut enim paroxysmus pro illa mutatione,  
qua

<sup>t)</sup> Ἐπεροφρόστεες οἱ καμνοντες. HIPP. Prognost.

<sup>u)</sup> Πρῶτος χρόνος ἐν τῆς ὅλης περιόδῳ καὶ ὃν ἐψύχθη τὸ σῶμα σὺν ταῖς τῶν σφυγμῶν μεταβολαῖς ἦτοι ἐξ ὑγέας ἢ ἐκ διαλήμματος ἡς τὗτο ἀφιγνόμενος: "Ἐπερος δὲ πεπί τάτῳ δεύτερος δὲ τῆς ἡς τὰ ἐναυτὰ μεταβολῆς τῶν δὲ σφυγμῶν καὶ τῆς θερμασίας ἄχρι περ ἄν διαλῶς γένηται θερμός δὲ σύμπας ἔγκος τῷ σώματος; ἀτ' ἐπ' αὐτῷ τρίτος, ἀνέκανομένης μὲν ἔτι τῆς θερμασίας ἀνάλογον δὲ ἀντῆ καὶ τῶν σφυγμῶν ἐπιδιδόντων ἡς μέγεθος καὶ τάχος καὶ πυκνότητα: Τετάρτη δὲ κατάστασις ἐπὶ ταῖς ἐρυμέναις τρισὶ δρατοι, τῶν ἐρυμένων πάντων Ἰσον ἔσετοις φυλαττόντων τὸ μέγεθος, ὡς πρὸς τὴν ἡμετέρων ἀιδησιν; ἔτ' ἐντεῦθεν ἀλλος πέμπτος, ὃταν ἥδη μὲν ἐλαττων ἡ θερμασία γένηται σαφῶς, ἀτμὸς δὲ ἐκκρίνηται διὰ τῷ δέρματος, δὲ σφυγμὸς δὲ ἐπὶ τὴν κατὰ φύσιν ἐπικανέρχεται κατάστασιν, ἐν τάτῳ τῷ χρόνῳ καὶ ἴδρῳ τοῖς πλάνοις γίνεται καὶ μετὰ τοτού ὁ τῷ διαλήμματος ἀφιγνάτου χρόνος.

GALEN. de Propriis Morb. Temp.

Aegri in hunc aliumue statum per vices proiecti.

Primum tempus totius periodi, illud est, secundum quod friguit corpus, cum pulsuum mutationibus, siue ex sanitate, siue post intermissionem id factum sit. Aliud tempus, post hoc, alterum, conuersionis pulsuum et caloris in diuersum statum, donec aequaliter incaluerit volumen corporis; abhinc, post hoc, tertium, quando calor augetur pariter pulsibus elatis ad magnitudinem, celeritatem et frequentiam. Quarta constitutio post dictas tres conspicitur in eo posita esse, quod dicta omnia aequalem sibi ipsis feruent magnitudinem, quantum ad nostram perceptionem; Abinde aliud quintum tempus, quando iam remissior calor manifeste factus est, vapor excernitur per cutem, et pulsus ad naturalem constitutionem redit, in hoc tempore et sudor plurimis fit, et deinde intermissionis succedit tempus.

8 DE TEMPORIBVS FEBRIVM PROPRIIS.

qua per sensum frigoris ad perceptionem caloris aeger transit, accipitur, aut, etiamsi frigoris hinc caloris nulla sit vicissitudo, quin etiam, insidiose omnino, remissior sit aestus,<sup>x</sup>) pro noua symptomatum haud solemnium apparitione<sup>y</sup>) paroxysmus capit, qui licet semper sit vehementior et dubius magis, nisi cum horrore ingruat, attamen, ex voluntate naturae, crisi procurare non minus intendit. Hoc duplii paroxysmi significatu nulla erit Febris, quin exacerbetur interea, dum per suas aetas decurrit, ea quidem ratione, ut tamdiu oporteat insultus manere acerbos, donec causa cedat, qua vacillante, illi sensim mitescunt.<sup>z</sup>)

Sine remissione caloris, ex quo cum horrore inuaserunt,<sup>a</sup>) ad complementum aetatis suae, quae septimum diem<sup>b</sup>) haud excedit, grassantur continentes, nec illo quidem modo,  
quo

**x)** Μὴ πιτεύει τῇ ἀνέσει τῶν πυρετῶν.  
**HIPP.** de Diaet. acutorum: addit **G A L E N.** ὅταν μετὰ συμπτωμάτων οὐχὶ σημένων μοχθηρῶν γίγνονται: In Comm. 4.

**y)** Παροξυσμοῖς, ὅταν ἐσβάλλει ἄμα νεωτέροις τις συμπτώμασι, ἐν ἐκάκῳ τῷ παροξυσμῷ γενέθαι τὴν κρίσιν ἀναγνώσον, ὅποια τις ἔτι, τυτέτι εἴ δι αἷμορραγίας ή ἐμέτων ή ἕδρωτων ή τηὸς ἄλλα, **G A L E N V S** de Crisiibus Libr. 3.

**z)** Ἀπὸ τῆς πρώτης ἐσβολῆς παροξυσμὸς ἄχρι τῆς ἀκμῆς ἐν πολλῷ χρόνῳ παραγίνεται κατὰ τὸν ἀυτὸν τρόπον, ἀπὸ τῆς ἀκμῆς κατὰ βραχὺ μειῶται. **G A L E N V S** περὶ τῶν ἐν ταῖς νόσοις καιρῶν.

**a)** Φρικωδέες πυρετοὶ συνεχέες δέεες. **G A L E N V S** de differ. Febr. Libr. 2.

**b)** Τῶν συνεχῶν πυρετῶν ή ἀκμῇ τῇ νοσήματος ἡ πορρωτέρω τῆς ἐβδόμης ἔσεσθαι μέλλει: Υἱοὶ ἐτοι ή δύναμις ιοχυρὰ οὐχὶ τὰ τῆς ἡλικίας δύμολογη, ὅσοις δὲ πορρωτέρω τῆς ἐβδόμης ή ἀκμῇ τῇ ὅλᾳ νοσήματος, τὰ τῆς ἐννάμεως θεοὶ ἔυρωσα. **G A L E N.** ad Glauconem Therap. Lib. I.

Non fidendum remissio Februm.

Si cum symptomatibus et signis iuētūsis fiant.

Paroxysmus, quando Febris inuadit cum nouis quibusdam symptomatis: In hoc paroxysmo fieri aliquam crisi neceſſe est quaecunque fit, siue per haemorragias siue per vomitus siue sudores aut alio modo.

A prima (Febris) inuasione, ad eius summum statum, diu eodem modo Paroxysmus celebratur; ast a summo statu sensim ille imminuitur.

Cum horroribus inuadunt continentes acutae.

Continentium Februm summus status non ultra septimum diem futurus est, si virtus robusta est, et aetas consentit, quibus autem ultra septem dies summa est totius morbi, virtus haud est bene valens.

quo reliquae febres, de calore interdum remittunt, sed homotonaes semper manent, donec, quocunque demum euentu, soluantur.<sup>c)</sup> Haud paucae ex illis, septimo die priores, cedunt<sup>d)</sup> sed raro salubriter, tunc maxime, si inflammatoriae sint<sup>e)</sup> et ita comparatae, vt earum ferociam superare vires vitae superstites haud possint;<sup>f)</sup> quapropter etiam illas, ob celeritatem exitus, peracutas appellare solemus.<sup>g)</sup>

Mitius cum aegrotantibus agunt Continuae, quibus datum est, vt permittant, aliqua remissione aestus facta, interquiescentibus simul symptomatis, ad nouum conflictum naturalm reuerti.<sup>h)</sup> Repetunt insultus febriiles, inhorrescente aegri

c) ΣΥΝΕΧΗΣ ἔσιν οῖσιν ἀρχόμενος ἀνθά καὶ ἀκμάζει. GAL. de Crisibus Libr. I. Μιδεμίαν αἰσθητὴν ἔτέρου παροξυσμοῦ λαβῶν ἐσβολήν. GALENVS ibid.

d) Οἱ δὲ κακογένεταιοι καὶ ἐπὶ συμμάχων δεινοτάτων γινόμενοι, τεταρταῖοι κτάνεσιν ἡ πρόσθευ. HIPPOCR. Progn.

e) ΦΛΕΥΓΜΑΤΩΔΗΣ ΣΥΝΕΧΗΣ: GALENVS de differentiis Febrium Libr. I.

Καῦσος ἔσιν ὁ μετὰ πυρώσεως πολλῆς γινόμενος ἀνακολούν μιδεμίαν τῷ σώματι παρέχων.

f) Ἐτελέως κρατᾶτο ἡ Φύσις, τὸν ἀρχὴν, έδει εὐχωρῇ κρίνειν όδον ὅλως ἀντέχειν καὶ βραχὺ, διανιτατοι μὲν ὡς ἡς μάχην, ἥττατοι δὲ ἐνθύει, ὥτια τάυτης τῆς ἀκαρπας ἐπανατάσεως ἡ βίᾳ τῷ νοσήματος ἐρεθίσκη τις ὕστα καὶ ὁξύς. GAL. περὶ κρίσεων.

g) Κατοξὺ πάθος ἔσιν τὸ δυνάμει μῆδον καὶ χαλεπότερον τῷ ὁξεῖ, τεπίπτων κρινόμενον ἐν ἡμέραις ἑπτα, διὰ τῦτο καὶ ὁξύτατον προσαγορέουσιν Ἕωθεν.

h) Σύνοχος ἔσιν ὁ μὴ διαλέπων μήτε νυκτὸς μήτε ἡμέρας ἀνέσεις δὲ καὶ ἐνδόματα καὶ παροξυσμοὺς ἐπιφέρων.

Continens est, si quibus, a quo incipit, statim viget et augetur. Nullam sensibilem aliam paroxysmi suscipiens inuasionem.

Ferocissimae et cum signis atrocissimis factae febres, quarta die aut ante occidunt.

Inflammatoria continens.

Causos est, cum aestu magno fiens, remissionem nullam corpori imperiens.

Si absolute subacta fuerit natura ab initio, eo non peruenit vt iudicetur, nec vt omnino resistat nisi parum; Exsurgit equidem veluti ad lucetam, subigitur autem statim: Causa huius intempestiuae colluctationis est vis morbi, extimulans scilicet et acris.

Peracutus affectus est, impetu maior et acrior acuto, vt plurimum iudicandus diebus septem, propterea etiam acutissimum appellare mos est.

Continua est Febris non intermitiens nec nocte nec die, remissiones autem et mitigata tempora et paroxysmos habens.

B

aegri corpore, et illud paroxysmi tempus est breuissimum; <sup>i)</sup> Aliquando, quod peius, cum summae debilitatis sensu, ipsaque Lipothymia, <sup>k)</sup> inuadunt, quod vbi factum est, paroxysmus inter summas anxietates transigitur, <sup>l)</sup> tunc maxime, si infarctus sanguinis, et abhinc orta inflammatio tandemque putredo, <sup>m)</sup> febrem excitauit, aut febris sit cum fluxu magno humorum coniuncta. <sup>n)</sup> Duplici adeoque intuitu febres continuas inspici oportet; aut enim sunt unus veluti paroxysmus ab inuasione, ad crisi usque morbi perdurans, qui triplici modo decurrit, vt repetiti motus ad finem usque aequales maneant, sitque febris homotona, vt iidem, quam prius erant, fiant acerbiores, sitque febris anabatica, ac mastica, epacistica, vt etiam sensim illi mitescant, sitque febris paracistica; <sup>o)</sup> aut singula totius febris exacerbatio singulare

i) Τῶν ἐν μέρῃ καιρῶν τῇ τάχῃ πρῶτος  
οὐεριψύξεως: GALEN. de totius Mor-  
bi temporibus.

k) Καυσώδει δὲ οὐκ κακοήθει πυρετῷ,  
οὐδοι διὰ μέγεθος Φλεγματικῷ, οὐτοί τόπος οὐ κοι-  
λαῖς οὐ τομάχει πυρέσσεσθαι, λεπτοθυμῆσαι κατά-  
τὰς ἀρχὰς τῶν παροξυσμῶν: GALEN.  
τῶν πρὸς Γλάυκωνα Θεραπ. ε.

l) Ασάδεις πυρετοὶ ἐν σίσ σι κάμηοντες  
εἰσῶνται καὶ ἀηδῶς ἔχεσθαι: GALEN. Com-  
ment. 4. in HIPPOCR. de diaeta acu-  
torum.

m) Οὐ φλεγματικός, ὅτου τὸ αἷμα σφι-  
ναζεῖν ἐν τῷ ῥευματισθέντι χωρὶς διασπατῇ.  
GALENVS de Crisiis Libr. 1.  
Οὕτος πυρετός, σηπομένης τινὸς χυμῶν οὐ μο-  
ρεῖ φλεγματίοντος. GALENVS de Crisi-  
bus Libr. 2.

n) Ρούδεις πυρετός. Definit. Med. ap.  
GALENVN.

o) Τῶν συνόχων οὐ σύμπας χρόνος οὐ  
παροξυσμός ἐτοι οὐδε παντὸς διπότονος  
οὐ ἀνεξανόμενος οὐ μειώμενος, ἄχρι κρίσεως.  
GALEN. de differentia Febr. Libr. 2.

Partialium (paroxysmi) temporum  
breuissimum, horror.

In Causode et maligna febre, quo-  
quot ob magnitudinem inflammatio-  
nis vel hepatis vel ventris vel ventri-  
culi laborant, animo delinquunt iux-  
ta principia paroxysmorum.

Afodeae Febres, in quibus aegro-  
tantes anguntur et inquiete se ha-  
bent.

Inflammatoria, quando sanguis  
incuneatus in partibus rheumate af-  
fectis computrescit.  
Acuta febris, humore quodam aut  
parte inflammata putrescente.

Febris cum fluxionibus.

Continuarum omne tempus unus  
est paroxysmus, aut ubique aequalis,  
aut auctior aut debilior usque ad  
crisi.

KV

singulare tempus habet. Quamvis enim in sinceram apyrexiam illae nunquam desinant, sed in remissiore etiam eorum statu calor modestus adsit, vt sudores per illa, quibus resipiscunt, interualla lucida, continuent;<sup>p)</sup> est tamen inter utramque exacerbationem; si bene cedit negotium, a symptomatis acrioribus quies, quae nisi fuerit, metuendum valde, ne æger pereat.<sup>q)</sup> Eo autem benignior censenda est febris, quo maius et luculentum illud est remissionis tempus, vt, licet calor haud penitus extinguitur, haud tamen plus una vice per νυχθήμερον exacerbatio recurrat, vti quotidianae continuae in moribus habent,<sup>r)</sup> quae propterea illis continuis, quorum tempus paroxysmicum per diem aliquoties redit, omnino sunt mitiores.

Febrium continuarum, quarum diuersas species ac uniuersam pathologiam enarrare, nostrum nunc non est, dispar habetur duratio. Celerrime per suas aetates decurrent, *ephemeræ*, et illud, cuius gratia commouentur, naturae opus,

B 2

intra

*Kαὶ τινὲς ὀνόματα τοῖς μὲν πρώτοις διμοτάναις τε νῦν ἀκμασινὰς τοῖς δὲ δευτέροις ἀναβατικὰς τε νῦν παρακμασικὰς ἔχεντο.* GALENVS ibid.

p) οὐδὲ πάντες τὰς παρακμὰς τύτων πυρετῶν οἱ ἰδράτες ὥσπερ ἐν τριταῖς ηγή τεταρταῖοις, ὅτεν εὖ λέγεται ἀπυρεξίαν ἔρχονται σαφῆ. GALENVS ad Glaucon. Therap. Libr. I.

q) οἱ μὲν γὰρ περιεσθόμενοι ἔπινοοι τε ηγή ἀνάδυνοι εἰσὶν ηγή κοιμῶντοι τὰς νύκτας τάτε ἄλλα σημᾶτα ἔχοντες ἀσφαλέστατα, οἱ δὲ ἀποδλύμενοι δύσπνοοι γίνονται ἀλλοφάσσοντες ἀγρυπνέοντες τάτε ἄλλα σημᾶτα ιάκισα ἔχοντες. HIPP. Progn.

r) Καὶ ἔκατην ἡμέρων παροξυνόμενος εἰς ἀπυρεξίαν δὲ μὴ πανόμενος ἀμφιμεριὸς σύνοχος: GALEN, de Febr. differentiis Libr. 2.

Et quidam, nomina illis, homotonis his autem paracmaesticis imposuerunt.

Non quiescunt decrementibus paroxysmis harum febrium sudores, vt in tertianis et quartanis, unde nec in apyrexiam veniunt manifestam.

Quibus conualescendum est ex morbo, respiratione sunt libera et dolore vacui, et dormiunt nocte et alia signa habent facillima, ast quibus pereundum, difficulter respirant, desipiunt, vigilant, et alia signa pessima habent.

Quotidie exacerbata, in apyrexiam haud quiescens, quotidiana continua.

12 DE TEMPORIBVS FEBRIVM PROPRIIS.

intra diei noctisque spatium, absoluunt.<sup>5)</sup> Licet autem unus idemque continuus sint paroxysmus,<sup>1)</sup> esse tamen horaria interualla haud definunt, et caloris subitaneae quaedam permutationes. Post paucas horas iam ad summum deuenitur;<sup>6)</sup> succedunt crises eo celerius, quo minores causae<sup>7)</sup> fuerint, quas febris facile excutit, veluti, si *purpura vrticata, Erysipelas, diarrhoea, vomitus* et alia minuta, labore soluant. Enim uero videre liceat ephemeras istas exitiales, ipsam, quam Deus auertat, pestem, quae breuiter suam ludit tragediam, et aegrum ob symptomatum grauitatem<sup>8)</sup> subito occidit.<sup>9)</sup> Benignas autem ephemeras catarrhales, nemo sane est, qui experiatur frequenter et salubriter, sponte soluendas.<sup>10)</sup> Quod si autem causa magis renitens exsuperanda sit, plurimum dierum labore

5) Καλεῖνται μὲν ὧν πάντες ἐφύμεροι οἱ τόιωτοι πυρετοί, διότι, λύεσθαι πεφύκασιν οὐσού ἐφ' ἑαυτοῖς ὑμέρᾳ μιᾷ συναριθμημένῃ ἀντῆ δηλονότι καὶ τῆς νυκτός. GALEN.

Method. medendi Libr. 10.

1) Πυρετοὶ ὧν ὁ παροξυσμὸς ὑμέρᾳ μιᾷ περιγράφουμενος. GALENVS Therap. method.

6) Οὐτε ὁ λεγόμενος σύνοχος πυρετὸς ἐνθὺς ἀπὸ τῆς ἀκμῆς ποτὲ ἀσέβαλεν, ἀλλὰ ἀπὸ τῆς πρώτης προσβολῆς ἄχρι τῆς τελεστάτης ἀκμῆς ὥραις ἡτοι τέταρται ἢ τρισὶν ἀφικόται τελάχιστον. GALEN. de Temporibus in morbis.

7) Διὸ τὴν συκρότυτα τῆς αἰτίας μονήμερος γίνεται. GALEN. Method. medendi Libro 10.

8) Αδυναμίη δεινή, τρόμοι, ἀψυχίη, ἀεφυξία, σκοτοδίνη, δυστυμή: GALENV de Peste agens περὶ ἐυχυμίας καὶ κακοχυμίας Libro.

9) Τὸ μεγάλως ὀλέθριον ἐν τάχει ἀπόλυτοι. GALENV de Crisibus Libr. 1.

10) Ὅποιοι ἀυτοματισμοὶ λύεται τὰ μικρά. HIPP. de Diaet. acut.

Vocantur omnes diariae febres illae, quae, quantum illas attinet, solui possunt vna die, simul adnumerata nocte.

Febres, quarum unicus paroxysmus vna die circumscribitur.

Neque dicta synochus statim a summo sui statu incepit, sed a prima inuasione usque ad absolutissimum incrementum, horis quatuor aut tribus ad minimum, peruenit.

Ob breuitatem causae, diaria fit.

Debilis atrox, tremor, animi deliquium, pulsus imperceptibilitas, vertigo, mentis impotentia.

Quod summe pernitosum, statim occidit.

Sponte soluuntur minima.

labore opus est, fiuntque febres polyemerae,<sup>b)</sup> natura breui apparatu,<sup>c)</sup> et breui facilique motu<sup>d)</sup> ad profligandam causam febrilem, vtente. Proinde etiam sponte liquet, dierum numerum in febribus augeri, prout illae in resistentes magis nodos impingunt, quapropter, licet dies statos, variis continuarum speciebus, antiquitas scripsit,<sup>e)</sup> sapientius tamen GALENV<sup>f)</sup> durationem earum secundum mobilitatem aut renitentiam causarum aestimat; Negandum enim non est, Hippocratis discipulos in exigendis dierum, quibus crisi fieri oporteat, rationibus, paulo fuisse seueriores, veluti, si quando *de temporibus morborum criticis scribendi*, opportunitas est, exponam. Omnes sane continuarum febrium dies sunt critici,<sup>g)</sup> illi tamen magis, qui radicitus causam euellunt, id quod diei da-

B 3 tum

b) Ἐπὶ ταῖς ἴχυραις σεγνώσεσιν, ἀναγκαῖον ἐστὶ πολυήμερον γίγνεσθαι τὸν παροξυσμὸν. GALENV<sup>s</sup> Therap. med. 2.

c) Κατὰ τὰς βραχέας παρασκευὰς ἡ Φύσις ἔχομε πρὸς τὴν διὰ πενώσεως κρίσιν. GALEN. ad Glaucon. Therap. Lib. 1.

d) Οἱ ἐνηθέσατοι τῶν πυρετῶν (συνοχῶν) καὶ ἐπὶ σημείων ἀγαθῶν βεβχιῶτες τεταρτῶι πάνονται ἡ πρόστιν. Loquitur de Ephem. pl. dierum HIPP. Progn.

e) Η πρώτη ἔφοδος τεταρταιῶν τελευτᾶ, ἡ δὲ δευτέρη ἡ τὴν ἔβδομην περιάγεται ἡ δὲ τρίτη ἡ τὴν ἑνδεκάτην ἡ δὲ τετάρτη ἡ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ἡ δὲ πέμπτη ἡ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ἡ δὲ ἕκτη ἡ τὴν εἰκοσήν. HIPP. Progn. 1.

f) Ἀρρώσος ἐ μὲν μέγα τὸ νόσημα ταχέως ἐν κινέμενον, ἑνδεκαταιῶς μᾶλλον ἡ τεσσαρεσκαιδεκαταιῶς κρίσισται: Μικροτέρω δὲ ὅντος ἡ μὴ πάνυ ταχέως κινεμένη τεσσαρεσκαιδεκαταιῶς ἡ ἑνδεκαταιῶς. GALEN. de Crisibus Libr. 3.

g) Λι κρίσεις γίγνονται μὲν ἐν πάσαις ἡμέραις ἀλλ' ἐχ' ὅμοιως πιστοί: GALEN. de diebus Criticis Libr. 3.

Ob fortiores infarctus oportet plurimum dierum fieri paroxysmum.

Breui praeparatione natura impiatum facit ad evacuationis crisi.

Benigniores febrium continuarum et bonis signis innixa ad quartum diem vel ante quiescunt.

Prima finiendi ratio est quadri-diana, altera ad septiduum educitur, tertia ad vndecimum, quarta ad decimum quartum, quinta ad decimum septimum, sexta ad vigesimum.

Aeger, si magnus morbus est, et celeriter commotus, vndecimo magis, quam decimo quarto iudicabitur: Minore existente (morbo) nec omnino celeriter commoto, magis decimo quarto, quam vndecimo.

Crises fiunt quidem in omnibus diebus sed non aequaliter fideles.

tum est, cum quo et exquisita crisis et euphoria aegri coincidunt, vt pote qui, quotusquisque sit, summus in Febre esse recte dicitur, siquidem etiam ultra vigesimum aliquando, eiusmodi continuae excurrere solent.<sup>h)</sup> Cum autem continuae typum suum seruent, et quodammodo quiescant, fit etiam, quo, vti id ex Typi febrilis natura consequitur, inuasionis tempora ita sese gerant, vt vel horas mutent, quod praestantius, et breuitatem indicat, vel iisdem tenaciter insistant, quod diuturnioris morae indicium est.<sup>i)</sup> Ad nauseam sane, vespertinae inuasionis et nocturnae exacerbationis tempus seruant, febres marasmodeae vel heclicae, et eo diutius aegrum dubia salutis fiducia detinent, quo minus, se adesse, per luculenta industria significant.<sup>k)</sup> Lucida sunt illarum febrium interualla, quae permittunt aegris, ad statum sanitati similem reuerti, omnium scilicet, quae cum horrore vel frigore inuadunt,

*h) Δύψανον τῆς νόσου μέχρι τεσσαρακοτῆς ἡμέρας ἐκτετάμενον. GAL. ἡς ἱπποκρ. πρόγν. ὑπόμν. ἀ.*

*i) Οι σύνοχοι ιδίως δυομισθόμενοι ἢ ἐπήγυμτοι καὶ προλαιμβάνοισιν ἂν τῆς συνήθετῆς ὥρας καὶ σφοδρότερος γένοιτο πολλῷ καὶ διετρίτης ἀπαντῶν, ἐν τάχει κριθίσεσθαι δυλλασσούσι, ἡδὲ ἀργῶς κανοῦτο καὶ τὴν ἀυτὴν ὥραν ἀσθάλλοιεν ἔφ' ἐκάτη δὲ γίγνοιτο ἡμέρα, μετὰ πλέονα χρόνου ἔσεσθαι σημαίνεσθαι τὴν κρίσιν: GALEN. de Crisibus Libr. 3.*

*k) Ἀλημπέες πυρετοὶ: ARETAEVS. Λαυράνει μαρασμώδης πυρετὸς: GALEN. tamen de Febrium differentia Libro: eius signa docet:*

*Δι' ἡμέρας καὶ νύκτωρ βραχυχρόνια τὰ μέρη τῆς παροξυσμάτων καὶ μετὰ νότιδος τηνος ἢ ἀτμώδεις διαπνοῆς; ἕυκρατον ἀπτομένοις τὸ σῶμα, τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρτηρίας σημᾶτα, τὸ τάχιος καὶ ἡ πυκνότης τῆς κινήσεως: GAL. de differentiis Febrium.*

Reliquiae morbi usque ad quadragesimum diem protensa.

Continuae proprie sic dictae, si augmentur et anticipant semper consuetam horam, et vehementiores fiunt, et tertianae in morem recurrent, se subito iudicatum iri, indicant, si autem lente mouentur, et eadem hora inuadunt et unaquaque die recurrent, adhuc longe abesse crisin, significant.

Febres haud elucescentes.  
Latet Febris marasmodes.

Paroxysmorum vel de die vel nocte breues partes, eademque cum vapore quodam et halitosa transpirazione; moderate calens, tactu exploratis, corpus, et quantum ad signa ex arteriis, celeritas et frequentia motus earum.

uadunt, et sudoribus post calores, in tempus omnino vacuum, quod apyrexia dicitur, desinunt;<sup>1)</sup> quas propterea intermittentes appellari fas est.<sup>m)</sup> Has prae reliquis periodicas esse dicimus,<sup>n)</sup> quandoquidem, ad leges circuli, translatis de hora in horam paroxysmis, ita vertuntur, vt in illud, a quo exordiebantur, diei tempus, exacerbatio recurrat;<sup>o)</sup> non enim ita semper est, vt tertiana, septies reuersa, extinguiatur, sed in longum saepe protenditur.<sup>p)</sup> Oportet enim eo vsque febrem recurrere, donec euulsa sit penitus causa, propter quam motus iste salubris excitabatur.<sup>q)</sup> Si repetitos istos impetus, quibus post absolutam cordis et arteriarum quietem, nouo tentamine facto, principium vitale renitentem morbi causam aggreditur, proprius intuemur, nouimus equidem, omnium insultuum primordia a frigore capi, melius tamen ire febres, quae ab illo magno et tremebundo inchoant, quam

quae

1) οἱ μετὰ δίγυς ἡ Φρίκης ιοχυρᾶς ἀρχόμενοι σὺν ίδρωτι δὲ πάντως ἐξ ἀπυρεξίαν τελευτῶντες. GAL. de Crisibus Lib. 2.

m) Διαλέπονται μὲν ἐπὶ ταῦτα: τρίταιος ἀμφιμεριός, τεταρταιος, πεμπταιος. Autor definit GAL.

n) Κατὰ περιόδους τινὰ πυρέττοντες. GALEN. ad Glaucon. Therap. Libr. 1.

o) Ἐσιν ὅτε νῷ τρίτου νῷ τέταρτου νῷ πέμπτου δὲ περιέρχεσθαι τὰς νόσους κατὰ τίνα κύκλου ἐκ τῶν ἀντῶν, ἐπὶ τὰ ἀντὰ διὰ τῆς ἀντῆς τάξεως. GALEN. de temporibus morbi.

p) Οἱ μὲν γὰρ ἀκριβῆς τρίταιος τὸ μακρότατον ἐν ἐπτὰ περιόδοις πρίνεται, τὸν ἔτερον δὲ τὸν ἐκ ἀκριβῆς ὅιδα ποτε φθινοπώρῳ μὲν ἀρξάμενον, ἥρος δὲ παντάμενον. GAL. ad Glaucon. Therap. Libr. 1.

q) Διαμενόσις τῆς αἰτίας, αὐθις ἔτερον ἀναγκαῖον ἀνάπτεσθαι νῷ πολλάκις γε χαλεπότερον τῷ πρόσθεν. GAL. meth. med. Libr. 9.

Febres cum horrore vel frigore magno incipientes cum sudore autem omnino in statum febre vacuum desinentes.

Intermittentia Febrivm genera sunt haec: tertiana, quotidiana, quartana, quintana.

Qui per aliquem circuitum febribitant.

Fit autem, quo tertia, quarta, vel quinta vice circum ducatur morbus per aliquem circuitum ex iisdem in eadem, eodem ordine.

Exquisita tertiana ad summum septem paroxysmis iudicatur, alteram autem haud exquisitam noui, autumno inchoantem, vere desinentem.

Manente causa, iterum alteram necesse est accendi et saepe difficulterem priore.

quae leuiter inhorrescunt, illae enim et citius exsoluuntur, et benigniores<sup>1)</sup> sunt, hae, vti protenduntur, ita ob caloris acerbitatem aegrum valde affligunt, illarum breuiores sunt, harum paroxysmi plus temporis absumunt.<sup>2)</sup> Cum autem prouidentia diuina, quam a morborum negotio excludere velle, vti impium, ita absurdum foret, lege his febribus lata, cauerit, ne liceret illis statim reuerti, vtque concedi oporteat aegroto vi- rium recuperandarum opportunitatem, operaे pretium est, quomodo febres, ratione huius interualli, quod intermissio dicitur,<sup>3)</sup> sese gerant, dispicere. Aequalis omnium haud est paroxysmorum distantia, vti in vulgus liquet. Quo plus au- tem interualli est, eo tardior deprehenditur esse totius operis febrilis exsolutio, vt quartanas propterea esse oporteat longiores, breuiores his tertianas et quotidianas.<sup>4)</sup> Est enim in- terstitium

1) οἱ μὲν τριταῖοι μετὰ σφόδρα τὸ βήγυς ὑπῆρχαντο, τεταρταῖον δὲ ἐκ διῃμεν μετὰ σφόδρα βήγυς ἀρξάμενον: GAL. ad Glaucon. Therap. Libr. I.

2) Ἀμφιμερινὸς δὲ μετὰ βήγυς ἀσβάλλει, ἀλλὰ περίψυξις ἀυτοῖς μᾶλλον, ἡ βήγυς γίνεται καὶ σαφὴς ἀταξία τε καὶ ἀνωμαλία συνερένει τοῖς σφυγμοῖς κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν παροξυσμῶν. GALENVS de Crisibus Libr. 2.

3) Παροξυσμὸν ποιησάμενος ὥρῶν δὲ πλεόνων δάσκαλος, ὁ χρόνος ἐν τριταῖοις γυμνοῖς, πολλὰ δὲ ποτὲ μὲν ἐπτὰ πασῶν ὥρῶν ὁ πα- ροξυσμὸς ἀυτοῖς γίνεται: GALENVS de Crisibus Libr. 2.

4) Διάλημμα, ἐπιθάν τις ἀπυρεζίαν ὁ πα- ροξυσμὸς πάνηται. GALENVS de Crisibus Libr. I.

5) Ἐπὶ τοῖς διαλήπουσι διξύτατος τε αἷμα καὶ ἐπικεκέντατος ὁ τριταῖος ἐστι, μακρότατος δὲ καὶ ἀκινδύνος, ὃσον ἐφ' ἑαυτῷ, ὁ τεταρταῖος, ὁ δὲ ἀμφιμερινὸς ἐκ δικινδύνος. GALENVS τῶν πρὸς Γλαύκωνα θεραπευ- τικῶν. &c.

Tertianae quidem cum magno fri- gore incipiunt, quartanam autem nescimus cum vehementer frigore inchoare.

Quotidiana neutquam cum frigore inuadit sed inhorrescentia illis magis quam frigus fit, et manifesta confusio est et inordinatus pulsuum motus, iuxta principium paroxysmorum.

Paroxysmum constituens non plu- ris est horarum duodecim tempus tertianis genuinis, saepe autem etiam septem integris horis paroxysmus illis fit.

Intermissio, quando in statum febre vacuum paroxysmus quiescit.

Ex intermittentibus celerrima si- mul et maxime regularis est tertiana, longissima et periculi expers, ex se ipso, quartana, ast quotidiana pericu- lo haud caret.

terstitium illud, quod duobus paroxysmis medium intercedit,<sup>x)</sup> absolutissima cordis est a labore quies.<sup>y)</sup> Vti autem paroxysmi ipsi variant, ita et intermissionum eadem mensura et temperies esse nequit, quin earum duratio et tranquillitas haud leuiter differant.<sup>z)</sup> Febris longitudinem fore, subianuunt interuallorum lucidorum mensurae aequales,<sup>a)</sup> grauitatem, eorum paruitas;<sup>b)</sup> quo enim maior utriusque paroxysmo intercedit mensura temporis, intra quod status aegri, sanitati sensim similior redditur, eo maior decrementi febrium esse potest fiducia.<sup>c)</sup> Principium Intermissionis, caloris finis est, quapropter illa, pro paroxysmorum ab hora in horam translatione, diuersum etiam habet inchoandi finiendi terminum. Duplici autem modo inuasionses variant, aut enim, illam qua primum inuadebant, horam, praeuertunt, quod molestum et ominosum est diuturnitatis signum,<sup>d)</sup> aut primitua hora serius accedit ad hunc finem.

dunt

**x)** Τὸ μεταξὺ διάσημα τῆς ἀρχῆς καὶ τελευτῆς τῶν δύο πυρετῶν. GALEN. de differentiis Febrium Libr. 2.

**y)** Ὅταν ὁ σφυγμὸς ἐν τῷ κατὰ Φύσιν θεῖν, ὡς πρὸς ἡμετέραν ἀιδησει, κατασάσει, τοιότον δὲ τὸ κάλλιστον διάλημμα. GALEN. de temporibus morborum.

**z)** Ο τὸ διαλήμματος χρόνος ἢ μικρότερος τὸ πρόσθεν ἢ βραχύτερος ἢ δυσφορότερος ἢ ἐυφορότερος. GALENVS de Crisibus Libr. I.

**a)** Ὅταν ισάρη ποιει μάλιστα τὰ κατὰ τῆς παροξυσμὸς ἀιφοτέρες, ἀκμάζει δηλοῦ τὴν νόσον. GAL. de Crisibus Libr. I.

**b)** Οἱ μακρὰν μὲν ἔχοντες τὴν ἐπισημαίαν μικρὰν δὲ τὴν ἀνεστιν οἷον τριταῖοι τε καὶ τεταταῖοι. GALENVS ars medica.

**c)** Οἱ μικρὰν ἔχοντες ἐπισημαίαν μακρὰν δὲ τὴν ἀνεστιν οἷον τριταῖοι τε καὶ τεταταῖοι. GAL. ibid.

**d)** Παροξυσμοὶ τῆς συνήθεις ἡρας προαιμβάνοντες καὶ μακρότεροι καὶ σφοδρότεροι

Interstitium inter principium et finem duarum febrium.

Quando pulsus in naturali, quantum ad nostros sensus, statu est, haec optima intermissio.

Intermissionis tempus aut priore maius est aut brevius, aut intollerabilius aut tolerabilius.

Quando magis aequalia sunt quae intersunt paroxysmis, crescere hoc significat morbum.

Febres magnam habentes caloris durationem et paruam remissionem, vti quotidiana.

Febres paruam habentes caloris durationem, magnam autem remissionem vti tertianae et quartanae.

Paroxysmi consuetas horas praeuertentes, et longiores et vehementes.

C

xix

dunt, quod felici augurio equidem fieri antiqui volunt, ast meatus semper subest, ne hac ratione noctes insomnes fiant, nisi simul adsit symptomatum mansuetudo. <sup>e)</sup>

Absolutis intermissionum halcyoniis, turbantur iterum omnia, cuius commotionis antesignani, cum varia, dum nox parum tranquilla esse solet. <sup>f)</sup> De ipsis temporum febrilium mutationibus eo confidentius eloqui possunt medentes, quo frequentiores illae et saepe epidemicae sunt, veluti haec anni tempestas <sup>g)</sup> fidem facere potest.

Quamdiu ordinatis motibus per suas aetates febres procedunt, et paroxysmorum consuetas rationes feruant, <sup>h)</sup> illud naturae opus, quo aegri conualescunt, recte peragi putatur: Enim uero fieri solet faepissime, quo propter vim vitae debilem, causarum febrilium copiam et reluctantiam, deinde propter varias res ab extra irruentes, consuetam legem febres frangant et veluti turbine

*τοις κακους θέσεροι σὺν μεγάλοις καὶ πολλοῖς συμπτώμασι. GAL. de Crisibus Libr. I. Προληπτικῶς παροξύνοντες. GALEN. περὶ κρίσεων. βλ. τιμηταὶ τιμητοὶ οὐδεὶς.*

e) Dum bona signa, febris optime cedentis exponit. GAL. de Crisibus Libr. I. ita habet:

Τῆς μεν ἀσθολῆς ὑπεριζύσις τῷ μήκες τε καὶ τῷ μεγέθει τῷ κατὰ τὸν παροξυσμὸν ἐλαττώσις, καὶ τῆς κακομέλας πραϋομένης καὶ τῶν ἐπιγνομένων συμπτωμάτων ἐλιττόγων τε καὶ ἀπλανέρων ὄντων, τῆς παρακμῆς ἐυφρός, καὶ μακρᾶς γηνομόνης καὶ πάντων ἔξαιλεψίσις τὰ τῷ παροξυσμῷ συμπτώματα.

tiores, et maligniores cum grauibus et multis symptomatis.

Anticipando febientes.

Inuasione retrogada, grauitate et magnitudine paroxysmi imminuta, malignitate mansuiciente, et superuenientibus symptomatis numero paucioribus et simplicioribus, paroxysmi tempore tolerabili, et illo, quo paroxysmi decrescent magno in quo omnia paroxysmi symptomata extinguentur.

Illam probabile est paroxysmi horam fore, in qua Febris prima die febrili inuaserat.

Noctes praecedentes paroxysmi diem, grauiter ferendae.

Epidemica nunc quaedam est quartanarum Februum inuasio.

f) "Τητοπτος ὥρα καὶ" ἡν ἀσέβαλεν ὁ πυρετὸς ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν. GALEN. method. med. Libr. 8.

Αἱ νύκτες αἱ πρὸ τῶν παροξυσμῶν ἡμερῶν ἀνέφοροι γίνενται. GAL. de Typis.

g) Ἐπιδημία νῦν ἐστὶ τεταρταῖν πυρετῶν. GAL. de Crisibus Libr. 2.

h) Ευεργέες πυρετοὶ quibus opponuntur ἀκατάτοι. HIPP. Epid. Libr. 3.

bine abreptae instabiles ferantur, quas propter ea, donec ad re-  
ctum aliquem typum peruerint, relinquendas, nec medica-  
mentis tentandas esse, recte monet HIPPOCRATES.<sup>i)</sup> Rece-  
dunt autem a recto tramite febres haud vno modo. Mox pa-  
roxyfimi vagi sunt, et sinceram aliquam apyrexiam, quam certainam  
et debite longam fore aegri sperant, esse haud sinunt.<sup>k)</sup> Mox,  
cum euauisse videntur, breui post, insidiose reuertuntur inque  
hac mutatione, saepe fallaces, ludunt<sup>l)</sup> et, tale quid haud  
metuentem aegrum, infestant;<sup>m)</sup> vt alia non attingam peregri-  
na, quae ex natura febrium haud fluunt, symptomata, quan-  
doquidem, de illis tantum erroribus, qui circa tempora acci-  
idunt, sermo nunc habendus est. Quando autem Febres com-  
plicatas minus ordinatis aut anomalis annumerare intendo,  
multis parum ordinate scripsisse videbor, ipsamque antiquita-  
tem obloquentem habiturus sum;<sup>n)</sup> est enim, veluti supra  
a me adductum fuit, in eiusmodi inter se mutuo con-  
textis morbis, non minus curiosa ad tempus destinatio,

C 2 quam

Instabiles febres relinquendae do-  
nec fistantur.

Febris aliter aliterque exacerbata  
et plerumque inordinate.

### Febris secedens a via regia.

### Inordinatae febres.

Febres mox anteuertunt, mox postponunt, vtroque modo inordinate.

Cessare iterumque erronea ratio-  
ne inuadere.

## **Febres errantes: Febres erraticae.**

Praeter exspectationem inuadere.

Saepe propter complexum periodorum ignoratum medicis, inordinate visi sunt aegroti exacerbati fuisse.

quam quae est simplicium. Enim uero, licet motus febriles mixti, pro substrata, quam oppugnant, materia, alii, quam quales sunt, esse nequeant, fitque ex machinae legibus saepè necessarium, duplicari febres, nihilo tamen secius, cum plurium concursus non tantum vim vitae superet, sed etiam temporis ad naturam febris necessarii, remissionis puta aut intermissionis, momentum intercipiat, obtinere a me haud potui, quin, relatione facta ad simplices, puras atque legitimas, illas illegitimas omnes nominem, quae, cum prius solae essent in homine, solum accipiunt aliam, siue eiusdem siue diuersi generis, febrem.<sup>o</sup>) Dici non potest, quam singulares saepè sint febrium ex classe intermittentum, complicationes, et quam confusa proinde sint istorum morborum tempora, eo magis, quod, cum de hora in horam transferantur paroxysmi, oriri abinde oporteat collisiones motuum, saepè anticipites;<sup>p</sup>) oportet enim

tempus

<sup>o)</sup> Ἀπλοὶ δὲ ἂστιν οἱ μίαν ἐπίτασιν ποιῶντες, σύνθετοι δὲ οἱ ἐκ πλειόνων ἐπισημασιῶν τῷ ἀνεσίων συνεστῶτες: τῶν δὲ συνθέτων τύπων οἱ μὲν ἐξ ὅμογενῶν συνίστανται, οἱ δὲ ἐξ ἑτερογενῶν. GALENVS de differentiis Februm.

<sup>p)</sup> Ἐπαναδίπλωσις ἀναδίπλωσις, ἐπανάληψις. GAL. de temporibus morborum.

<sup>r)</sup> Ἀμφιμεριὸς διπλῆς δὲ καθ' ἕκαστην ἡμέραν δις ἐπισημαίνων ὅμοιως δις τε ἐπανιέσ. Δύο δὲ τριταῖοι τυγχάνουσι, ὅποτε διαφόρων ἐπισημασιῶν καθ' ἕκαστην ἡμέραν ἐπιγιγνομένων ἔαυτοῖς διὰ τρίτης ἀπαντῶσι. GALEN. de Typis.

<sup>s)</sup> Η τριταῖοι διπλοῖ ή δύο τριταῖοι τυγχάνουσι η πάλιν δύο καθ' τριτούς τεταρταῖοι, η στοι λόγια χάριν τριταῖοι συμπλοκῇ τεταρταῖοι. GALENVS ibid.

<sup>t)</sup> Ο τεταρταῖος τοῖς καλυμένοις πλάνητεν τῷ πλανήταις ἐπιγίνεται: GAL. ad Glaucon. Therap. Libr. I.

<sup>u)</sup> Διμφιμεριὸς δὲ καθ' τριταῖοι καθ' τύτοις τε-

Simplices sunt quae unam exacerbationem faciunt, compositae autem quae ex pluribus calorū induktionib[us] remissoribus constant: haec quidem ex congeneribus componuntur, illae autem ex disgeneribus. Duplicatio, reduplicatio, superinductio noui paroxysmi.

Quotidiana duplicita, quae per unamquamque diem bis accedit. Duae autem tertianae fiunt, quando diuersis accessionibus, singula die factis, tertia die exacerbatio fiat.

Si tertianae duplicantur aut duae tertianae fiant, aut iterum duae vel tres tertianae, aut verbi causa tertianae complicetur quartana.

Tertiana dictis errantibus superuenit.

Quotidianae et tertianae, et his

ταρταῖοι

tempus illud deleri, quod reficiundarum virium causa a benefica natura concessum est:<sup>4</sup>) hinc eiusmodi febres non tantum continuis euadunt similes, sed etiam in earum naturam saepe conuertuntur. Pessime tunc cum aegroto agitur, si continuae intermittentibus admiscentur.<sup>1</sup>) Illud enim, quod a GALENO<sup>5</sup>) animaduersum fuit: simul cum tertianis ac quartanis esse solere continuas: nostris his temporibus, hac febrium omnigenarum illuie, obseruatur quam saepissime, eo anci- piti magis negotio, si exanthemata adsint, quae calor extorquet, intermittentis complicatae horror retropellit. Huc referri debent hemitritaeae febres, quas adeo frequentes obseruare haud licet, quamuis non desint febres continuae, seruantes Typum ter- tianae.<sup>1</sup>) Illas dupli sensu accepit antiquitas, aut enim

ταρταῖος καὶ ἀλλήλων οἱ ὅμοειδῆς συμπλέκονται. GALENVS de Crisibus Libr. 2.

¶) Ουτος ὁ πυρετὸς ἐς ἀπυρεξίαν πόδε-  
ποτε παύεται. Ibid.

Ἐν ταῖς ἐπιπεπλευγμέναις, ὁ μετὰ τὴν ἀκριβήν  
καιρὸς τευχτοῦ, φθενόσης ἡσβάλλειν ἐπισημ-  
μασίας ἔτερη παροξυσμεῖ πρὶν τὴν προτέρων  
περίοδου ἀκριβῶς πληρωθῆναι. GALEN. de  
temporibus morbi.

Γ) Διαλειπόντων μίξις τοῖς συγεχέσιν.  
GALEN. περὶ κρίσεων β.

Οι μογενέες πυρετοὶ συγεχέες ἐκάρι τῶν διαλειπόντων, τριταῖς μὲν ἀκριβῇ ὁ ἀκριβῆς καῦσος: ὅτε γὰρ ἀκριβῆς καῦσος ἀπαντᾷ τὸ ἄλλα φυλάττων ἀκριβῆς τριταίς γνωρίσματα μόνα τῷ μὴ μετὰ φύγεις ἀσβάλλειν μήτ' εἰς ἀπυρεζίαν παύειν διεγήνοχεν. GALENVS περικρίσεων.

*Συνεχέες atque σύνοχοι, licet vehementer differant, hic vti alibi, usurpantur promiscue.*

5) ΣΥΝΕΧΗΣ ὁ πυρετὸς διὰ τρίτης δὲ ὁ παροξυσμός. GAL. de diebus Criticis Libr. I.

τ) Γεννήτους ἐπὸ τριταία παικταρίτες

quartanae, et inter se aliae congeneres complicantur.

Talis Febris in apyrexiam nunquam quiescit.

In complicatis, quod post paroxysmi summum statum esse debet, tempus angustum fit, accedente inuasione alius paroxysmi priusquam prior periodus perfecte impletur.

Intermittentum miscela cum con-  
tinuis.

Simul sunt febres continuae cum singula intermittentium, cum tertiana simplici causos simplex, nam causos pura omnia seruat curiose cum tertiana signa, hoc solo, quod nec cum frigore repetat, nec in statum febre vacuum exeat, differt.

**Continua febris et tertia die pa-**  
**roxytmus.**

### Hemitritaea dignitur a tertiana

hemitritaea degener est tertiana, ita protensa in longum, vt alter paroxysmus alteri veluti manum porrigat <sup>u</sup>) vti, qui tertianam indicat, horror repetens docet; aut Febris est continens quae-dam valde acris, et ab omni lege aliena, <sup>x</sup>) horroribus inter-currentibus et tertianae typum feruantibus, pulsus debili et paruo; quare huncce typum ferinum omniumque periculosisimum esse GALENV s scripsit. <sup>y</sup>) Toto denique genere, mutatis simul temporum modis excidunt febres, quod speciali earum doctrinae relinquitur. Enimvero, vti apud PLATONEM est: *omnium, praeter malarum rerum mutationes sunt periculosae.* <sup>z</sup>) Temporis, vitae optime instituendae causa, cum ram recte gessit:

## IV VEV-

**σε δὴ συνεγγίζει τῷ συνεχῇ πυρετῷ: GAL. de Typis.**

**u)** Πυρετὸς φρικώδεις καὶ πάντοιως ἀνώμαλος ἐν τε τοῖς σφυγμοῖς καὶ τῷ καθ' ὅλου τὸ σῶμα θερμαστὸς ὡς πολλών εὐγγὺς ακμῆς ἄνοι νομιζόμενος ἢ καὶ τὰ μέσα τῆς ἀναθεσεως ἐπέχειν, ἀντίσ δὲ ἐπηγνωστοι φρικώδης καὶ τὰς σφυγμὰς μικροτέρας τε καὶ ἀμιθροτέρας καὶ βραδυτέρας καὶ ἀραιοτέρας ἔχειν καὶ τὸν θερμαστὸν ἀποχωρεῖσαν τῶν ἀκρων; τῶντον ἀντὶ τις ἐκ ἀλόγως ἐλπίσειν ἡμιτριταιον ἔσεσθαι, πυρετῶν ὡς ἐπιπλεκόμενων ἀλλήλοις ἀλλὰ δι' ὅλης κεραννυμένων: GALEN. de Crisibus Libro 2.

**x)** Κυνδυνώδεις ὁ ἡμιτριταιος: ἄγριος καὶ κυνδυνωδέσατος γάτος ὁ τύπος.

**y)** Εἰς ἔτερὸν τε γένος μεθίσιον, τὸ κατὰ τὸν οἰκῆαν ἀντῶν ἀποβαίνεσι φύσιν, ὅδεν γάρ δύπλιον θαυμαστὸν, ἐκ τῶν ἀμαρτανομένων τὸ μηκύνεσθαι μόνον ἢ μεταπίπτων ἢς ἔτερὸν τὸ γένος ἡντινεν τῶν νόσων ἀλλὰ καὶ γεννᾶσθαι νῦν ἔμπροσθεν ἐκ γάστρων. GAL. meth. med. Libr. 10.

Μεταπίπτωσι ἀπ' ἀντῶν ἡστὸς ὁξεὶ πυρετὸς ἐφύμεροι. GALEN. Therap. Libr. 8.

**z)** Πάντων πλὴν κακῶν μεταβολὴ σφαλερώτατος. PLATO de Leg. VII.

protensa vt accedat ad naturam continentis febris.

Febris horrida et omnino irregulare et quantum ad pulsus et quantum ad totius corporis calorem, vt, saepe ad summum peruenisse visa, aut certe ad medium augmenti sui, decidat, iterumque fiat horrida pulsusque minores, obscuriores et tardiores et rariores habeat, et calorem discedentem ab extremis; Talem quis non sine ratione putabit hemitritaeam esse, febribus non tam complicatis quam omnino mixtis.

Periculosa semitertiana: Ferinus et periculosisimus hic Typus.

Qui in aliud genus conuertuntur morbi, non secundum consuetam sibi procedunt naturam, nec mirum quidem est, propter peccata non tantum augeri aut conuerti in aliud genus quemcunque morbum sed et alium nasci ante non praesentem. Delabuntur ex se ipsis in febres acutas ephemeræ.

IVVENIS NOBILISSIMVS ET CLARE DOCTVS  
 DOMINVS  
**GODOFREDVS NOSSWIZ**

LVC CAVIENSIS MISNICVS  
 MEDICINAE BACCALAVREVS

Ille enim, ex quo natus est: natus autem est Luccauiae prope Altenburgum, Anno a recuperata salute MDCCXXIII. XV. Calendis Iulii, Patre, Experiente et Praeclarissimo Domino GODOFREDO NOSSWIZ, Medicinae Licent. Practico sapiente, felici, Matre Regina, Viri Summe Retterendi M. GODOFREDI BUTTNERI, Ecclesiae Luccuiensis Pastoris fidelis, et Ephoriae Altenburgensis Adiuncti Localis, venerabilis viri, tertio nunc supra quinquagesimum anno, facrorum ministri, filia: habuit, qui eum a teneris, inter optimos mores, et pro annorum ratione, inter literas, quae isthanc aetatem decet, enutrirent: Intellexerunt enim parentes, inesse puero praestantiam indolis, cultura animi perpoliendam, cumque illi, quam ipse exercet, arti, suum destinaret filium, Parens, postquam etiam intellexit, spontaneo cum ad hanc professionem impetu ferri, mature instruendum dedit Viris, παιδομαθης peritissimis, Gymnasi ducalis Saxo Gothani, quod Altenburgi floret, literarum liberaliumque artium doctoribus; Veluti autem primae institutioni tribuendum est, quo quis in Academia proficiat, ita Noster gratiam sibi referendam esse putat, Praeclarissimis artium Magistris, quibus humanitatis studia accepta refert, M. IO. GODOFREDO MOERLINO Gymnasi Directori: M. IOANNI ADAMO WEBERO Gymnasi Professori: M. IO. DAVIDI GSCHWENDIO Gymnasi Conrectori: M. IOANNI ANDREAE MAYERO Gymnasi Sub-Conrectori, Viris de Prouincia quam singulus ornat, meritissimis: Horum industria, firma aedificio superstruendo fundamenta iecit. Attulit enim secum in Academiam, locupletem sermonis latini graecique thesaurum, artem ordinate cogitandi iam didicerat; quare Celeberrimos huius

ANNALES IMPERII ROMANI ANNO 10110 2.2

huius Academiae Doctores, postquam numerum Ciuium **An.** MDCCXLII. Mense Aprilis, Magnifico tunc Academiae Rectore **IOECHERO**, Histor. Prof. Publ. auxisset, maiore cum fructu percipere petuit. Delegerat sibi in vniuersa Philosophia ducem Excellentissimum, Professorem **MULLERVM**, cui pro praestita sibi opera, publicas decernit gratias. Quid autem opus est, illam, quam nobis artem salutarem docentibus toties declarauit, industriam pluribus collaudare? cum euentus praestitas illi operas, satis superque declareret. Vt autem eorum, a quibus eruditus est, memoriam colere gratus possit, hoc mihi dedit, vt Magnificorum, Excellentissimorum et Celeberrimorum Virorum, Beatae Memoriae **WALTHERI**, **PLATNERI**, superstitionis, quibus, vt diu saluique supersint, optat, nomina **QVELL-MALZII GVNZII LVDWIGII PLAZII HVNDERTMARKII**, publice celebrarem. Facio illud lubens, et singulis, vt similes huic nostro discipulos efformare possint, voueo. Fuit enim noster, cultissimus ager, in quo per sexennium, quod inter optima studia transegit, semina doctrinae salutaris succrescere potuerunt quam felicissime: Experti sumus optimi Iuuenis, et in illo, quo Baccalaureatum assecutus est, et in illo, quod Lectiones publice habitas secutum est, rigorosiore examine, eruditio[n]em. Testamur enim scientes lubentesque, illum in utroque experimento, spem nostram abunde expleuisse, optimeque stetisse. Patet illi ad summos in arte honores consequendos Via, quorum obtainendorum **LICENTIAM**, postquam de **Tempore in morbis** sub meo Praesidio, qui eum vehementer dilexi, et sedulum ac felicem discipulum habui, disputauerit, impetrabit. Date hoc precibus meis, **RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, ILLVSTRISSIMI COMITES, VTRIVS-QUE REIPUBLICAE PROCERES, GENEROSISSIMI NOBILISSIMI QE COMMILITONES**, et die XIII. huius mensis, hora locoque consueto, Panegyrin hanc medicam vestra exoptatissima praesentia ornate. Dabam Lipsiae d. VIII Decembris Anno Aer. Chr. MDCCXLVIII.

---

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

~~vgl. 225, 4 ff.~~

Path. gen. 8179

